

corriganur, sentientes beneficia sanctorum erga se, aut ut durius dampnentur, si non emendaverint se corrigendo propter beneficia sibi impensa, qui nullam excusationem ulterius habere possunt.

71. [1384—1408.*] Fuit in oppido Rappoltsweiler**, situm in Alsatia, in infima parte oppidi mercator quidam, qui partes superiores*** peragrando pepla mulierum comportabat, quae ad partes inferiores Rheni deferre solebat, ubi cariori pretio venditioni exponere poterat. Simili modo in partibus inferioribus alias merces comportabat, quas ad partes superiores deferre solebat. Quod cum per plures annos fecisset, iamque prosperis successibus aliquantisper ampliatis substantiis† crescendo inter divites polleret, et filiorum ac filiarum ac parentum numerosa turba insigniretur, diabolus¹, qui omnium honorum prosperitati invidet, se contra eum armis nequitiae opposuit. [fol. 43^b] Est autem pars illius oppidi, ubi domicilium eius erat, contigua² villae illi Ellwiler ††, ubi sanctus Blasius patronus habetur et magnas ibi virtutes operari solet, sicut patet in lectione superiori ††† . . . *† Tempore suae pastoralis³ curae, quam tertio anno in eadem villa mirandis ostentis exercet. Nam miracula per sanctum Blasium patrata campanis sonantibus denunciari solent. Villanis autem cum omnibus circumquaque sonum campanorum audientibus et convenientibus, miraculum tunc factum omnibus in communi manifestatur. Quorum miraculorum manifestationi isdem mercator aliquoties interfuit*††, quae tamen mira et diversa probantur.

72. Factum est ergo quadam vice, [quod⁴] adonato⁵

¹ cum diabolus, S. f. ² contiguae, S. f. ³ pastoralis, S. f. ⁴ fehlt in der S. f. ⁵ adonato, S. f.

* Diese chronologische Angabe ist auf folgende Weise festgestellt worden. Die Aufzeichnung ist nach dem Jahre 1405 oder 1408 geschrieben, als der genannte Kaufmann von Rappoltsweiler noch lebte, (s. Kap. 74). Ferner erzählen diese Kapitel eine Begebenheit, die vor 24 Jahren stattfand. S. Kap. 74.

** Rappoltsweiler, im Bezirke Colmar.

*** Das Rheintal oberhalb dem Bodensee.

† substantia ist das Privat-Vermögen, im Gegensatz zu dem Ertrage einer Pfründe. S. Bd. 3. S. 96. 100. Bd. 4. S. 19.

†† Ellwiler (728 Hilloneviller) lag nahe bei Rappoltsweiler, wurde im 30jährigen Kriege zerstört und ist jetzt eine Wüstung. Die Gemeinde ist mit Rappoltsweiler vereinigt.

††† lectio superior kann das Vorausgehende sein oder es bezieht sich auf eine Stelle, die verloren gegangen ist.

*† Hier ist offenbar eine größere Lücke im Texte, obgleich die Abschrift ohne Unterbrechung fortgeht. In dieser Lücke muß gestanden haben, daß ein gewisser Expeditus des Klosters St. Blasien (N. N.) in Ellwiler war und folgendes über seinen dortigen Aufenthalt berichtet hat.

*†† Am Schluß des Kap. 73 heißt es saepius intererat.

mercimonio suo, solito more volens se transferre in partes inferiores, ut ibi exponeret coadunatas¹ merces, prima nocte ipsum pernoctare in castro, quod dicitur Schletstadt*, in domo cuiusdam hospitis.

Contigit autem aliquos nequam simul ibi pernoctare, qui sperantes eum pecunias deferre, cum ab eo didicissent, quo esset iturus, ante eum se agebant callideque in quadam opacitate sylvae se contulerunt, ut transitum non posset habere, nisi ipsi insidiarentur², quod et factum est. Cumque ipse absque suspitione omni nihil metuens, securus, ut solitus erat, eadem via gradere-tur, tum illi latrones insurrexerunt³ in eum, sicut legimus in evangelio**: „homo quidam ab Jherusalem descendens in Jericho, et incidit in latrones, qui spoliaverunt eum, et plagis impositis semivivum reliquerunt.“ Sic et isti maligni homines ipsum spoliatum omnibus, quae habebat, et plagis impositis, unus evaginato gladio cirivellam*** ex magna parte a cerebro evulsam, semivivum traxerunt infra fruteta in concavitatem quandam, mortuum aestimantes reliquerunt.

73. Ipse autem in ecstasi⁴ positus [fol. 44*] prae nimio dolore nihil sentiens, sic iacuit doloribus sopitus. Contigit autem, ut pastores casu cum grege suo supervenirent. Boves autem sive vaccae cum venissent ad locum, ubi recens sanguis terrae superfusus fuit, mugitum ingentem emisere, sicut solent. Pastores autem attoniti, quidnam gregi adversi acciderit, scire cupientes concito cursu deo volente ad ipsum [locum⁵], ubi semivivus iacuit, pervenerunt. Ipse autem per pastores in civitatem, unde egressus fuerat, delatus est. Qui tandem ad se reversus, licet iam morti vicinus aestimaretur, invocabat sanctum Blasium, cuius miracula

¹ coadunatas, S. f. ² Die S. f. hat ipsi insidiarentur, es lag am nächsten insidiarentur zu verbessern. Mit Rücksicht auf die Stelle unten: incidit in latrones könnte man auch die Conjecturen aufstellen: ipsi incidere oder ipsi incidere. ³ insurgentes, S. f. ⁴ extasi, S. f. ⁵ fehlt in der S. f.

* Schletstadt im Departement Unter-Rhein. Es ist von Rappoltsweiler nur 3 Stunden entfernt, so daß der Kaufmann nicht prima nocte dort übernachten mußte, außer wenn er erst am Nachmittage Rappoltsweiler verlassen hatte.

** Lucas 10, 30.

*** Man erwartet cerebellum, d. i. das kleine Gehirn, da aber dasselbe Wort unter Kap. 74 wieder vorkommt und nach evulsam als Femininum behandelt wird, so kann es kein Schreibfehler für cerebella sein. Das Wort cirivella besser cirivella ist wahrscheinlich aus cirrus, Haarbüschel, und vellus, Haut, gebildet und bedeutet die Kopfhaut. Du Cange kennt das Wort nicht, er führt aber ein ähnlich gebildetes an, cirivleria, ein kleiner Helm, der nur einen Theil des Schädels bedeckt.